



Nobilissime vir,

Serius quam debeo, optimo principi sacrifico, propter res patriæ tam strenue & feliciter ab eo gestas. Ne tamen mihi Soc impites oro, sed molesto Semitritæo, qui dies aliquot me miserrime exercuit. Vereor tamen, ubi Soc videris, te dicturum, non tarditatem, sed nimiam festinationem, in me tibi esse excusandam. Reliquas enim & vestigia febris, quæ visceribus meis pertinaciter adsue in hærent, ubiq; in us depressendes, et ipsos versus mecum febricitare, atq; alieno prorsus igne incaluisse iudicabis. Verum ut segnitiam morbo, ita præproperum studium amori meo in Principem ascribere, et simul utroq; reatu me absolvere poteris. Hac causa dicta, altera, nec minoris momenti & eisdem delicti, videlicet ingratitude, mihi apud te dicenda est. Jam diu summi beneficii, misso mihi insigni poematum tuorum opere, tibi reus sum; quod nec epistola studio in eo peccavi. malueram solidas gratias solido munere percepto tibi agere. Tunc mihi gratiæ erant agenda pro honore, quem mihi in offerendo scripto habueras, nunc et pro voluptate & utilitate, quam ex lectione ejus cepi, agenda sunt, et usurarum loco tibi preteris, Quod queso ut ita pro humanitate tua interquo crimen non committitur, purum, Sabeas, mequit soles, ames. Deus Opt max: velit sanc patriæ felicitatem boni principis & vestra prospera valetudine cumulare. Datum Egmondæ VII Calendas Octobris MDCLXIV.

Struuntatis vestrae
observantissimus

J. Forestus

In Ostiam Gaudæ, vulgo *Tas*,
a Frederico Henrico Arausiorum principe
expugnata.

Quid sine fine stupes, oculosq; animūq; tuendo,
Quis vagas hic erras, exaturare nequis?

Suspiciens molemq; immensaq; brachia vallis,
Et circumfusum terq; quaterq; fretum,
Alteraq; e saxo, rupem referentia, castra,
Lernæum ducibus, Sisyphūq; malum.

Plus Latet, et nimum est quod spectas. acrius armis
dimicat arcibus, serit et ipse locus.

Cum nihil arma iurant, elementum mītat, et undas
Bella gerens pelago proxima quæq; vorat.

Quæq; ferox vomit flammæq; ignesq; Simæra,
Jam vomit epotas sæva Sarybdis aquas.

Non tamen elusit Ducis insuperabile pectus
Ille sinus Proteus, ambigūmq; solum,

Non Labyrinthus sinuatus flexibus agger,
Nec semel intextis illaqueatus aquis.

At, pater Auransi, patriæ gratare tibiq; ;

Non urbs una, manus Flandria tota dedit

Nec modo nunc hominum vires, fortunæq; artes,
Sed natura parens cessit et ipsa tibi.

J. Forestus

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]

On se edely gestuengely
Gheer, myn Gheer
Constantijn Jugeles
Gheer tot Zuerghen & Raadt
des Secretaris van Syn Joorz
myn Gheer den printe
van Oranijely
Int leger byt + Sab van Gend

